



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 112. Franciæ, Siliciæ, & Brutanniæ Legatorum adventus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

matorum esse conscribenda, ex quibus <sup>Sæcul. XV.</sup> potissima pars pedites, reliqui autem e- <sup>A.C. 1459.</sup> quites forent, id tamen ea fieret condi-  
 tione, ut Italiæ Clerici omnium suorum  
 proventuum decimam, laici trigessimam,  
 Judæi vero omnium, quæ possiderent,  
 partem vigesimam suppeditarent. Pro-  
 pter hæc, cum Veneti multas difficulta-  
 tes moverent, Pontifex commotus, non  
 parum eis succensuit, illisque exiguum  
 fidei orthodoxæ conservandæ, ac Chri-  
 stianæ Reipublicæ defendendæ studium  
 exprobravit. In hac Sessione Legati Cæ-  
 saris animi sui sententiam non explica-  
 runt, eoquod Joannes Inderbachius,  
 quem verba facere oportuisset, infirmita-  
 te detentus, & Antonius Tergesti Epis-  
 copus naturæ vitio ad dicendum minus  
 expeditus esset.

## §. CXII.

*Franciæ, Siciliae & Britannicæ Ora-  
 torum adventus.*

Franciæ Legatos propediem adventu-  
 ros, inter congregatos rumor erat;  
 nec ille inanis; quippe die decima sexta  
 Novembris quatuor eorum urbem ingressi  
 sunt. Hi erant Archiepiscopus Turonen-  
 sis, veneranda canitie spectabilis, Epis-  
 copus Parisiensis, Thomas Curcellus in-  
 signis Theologus, & Rothomagensis Præ-  
*Hist. Eccles Tom. XXVIII.* Q q tor,

Sæcul. XV. tor, quos comitabantur Maffiliensis E-  
 A.C. 1459. piscopus Renati Siciliæ Regis Orator, nec-  
 non Britanniaë Ducis Legatus Maclovien-  
 sis Præsul, præter Genuensium Deputa-  
 tos, aliosque Optimatum quamplurimos.  
 His non pauci Præsulum obviam ibant  
 usque ad Abbatiam, quæ duabus ferme  
 leucis extra Mantuam sita cognomina-  
 batur *Diva Maria de Gratia*. Obviam  
 quoque illis se tulit Mantuanus Marchio  
 unacum liberis suis, eosque in itinere  
 excepit, illumque ingens civium suorum  
 nec non buccinatorum, ac tympanista-  
 rum numerus comitabatur. Marchio sa-  
 lutatione officiosa ultro citroque data,  
 primarii Legati latus stipabat; Frater  
 vero, ejusque liberi ceteros Oratores con-  
 ducebant. Sequebantur Episcopi equis  
 vecti, necnon & Cardinalium familiares.  
 Postmodum venerunt reliqui quoque Le-  
 gati, quibus Pontifex Aulæ suæ Mini-  
 stros obviam misit.

*Collect. Con-  
 cil. Labb.  
 to. 13. p. 1403*

## §. CXIII.

*Legati in Senatu publico a Papa  
 auditi.*

*Narratio  
 Nicol. Petit.  
 Collect. Con-  
 cil. Labb. to.  
 XIII. p. 1762*

Exceptis in urbem Francorum Legatis  
 subinde ingressa est Marchionis Man-  
 tuani Conjux unacum Filiabus suis, quæ  
 Turonensis Archiepiscopi domum pete-  
 bant, eidemque adventum gratulabantur.  
 His